...ti sp(irit)u ... pa
...exspi
...os. Po
...quia
...seni
...panes
...qua uer
...op
...uris
...le filii
...ia ne
...nobis
...om. ...
...ne le po
...a ...
...no du
...in hoc
...mu ...
...clari ...
...or
...dies par

Fratres. Convenientibus
ergo vobis in unum iam non est
dominicam cenam manducare. Un-
usquisque enim suam cenam presumit
ad manducandum. Et alius quidem
esurit, alius autem ebrius est.
Numquid domos non habetis ad
manducandum et bibendum? aut
ecclesiam dei contemnitis et con-
funditis eos qui non habent?
Quid dicam vobis? Laudo vos?
in hoc non laudo. Ego enim ac-
cepi a domino quod et tradidi vobis,
quoniam dominus Ihesus in qua nocte tra-
debatur accepit panem et gratias
agens fregit et dixit: Hoc est cor-
pus meum quod pro vobis tradetur.
hoc facite in meam commemoratio-
nem. Similiter et calicem postquam
cenavit dicens: Hic calix no-
vum testamentum est in meo sanguine

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

59.

59

# ELEGIA
# IN FESTIVITATEM NVPTIARVM

Doctiſsimi, nec non ornatiſs. viri
Dn. PHILIPPI VVERNERI
SCHNEBERGENSIS V. I.
Candidati, SPONSI,

ET

Lectiſsimæ, pudiciſsimæq́ꝫ Fœminæ,
ANNÆ,

*Doctrina, eruditione, multarumq́ꝫ virtutum laude cumulatiſsimi, plurimoq́ꝫ rerum vſu peritiſsimi Viri, Dn. Enochi Poccelij piè in Chriſto defuncti, relictæ viduæ SPONSÆ,*

Celebratarum 9. Nouembr.
ANNO CIↃ. IↃ. XCVI.

LIPSIÆ

*Ex Officina Abrahami Lambergi.*

STADTBIBLIOTHEK ZU CHEMNITZ

264.

SLUB Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

EST amor in Sponſis: Sponſis in amore cæ-
leſcunt
Pectora: cæleſti Numine feruet a-
mor.
Nec ſortis pendet dubijs Hymenæus ab auſis,
Hæc enim diuini Copula iuris habet.
Iuris, quod brutæ vetitos Cithereidos ignes
Punit, coniugij fœdus honore beat.
Fœdus, cum Sponſo cuius iam Sponſa vigorem
VVernero, ductu Numinis Anna videt.
Anna viro tanto ter digna quaterq́; pudorem
Huius enim caſta mente ſedere ſcias.
Ardor honeſtatis, virtutis amore reſultat,
Inter Eliſtrinas emicat illa nurus.
Æmula Penelopes, præluſtris imago refulget,
Quæ ſepulcra videt Deianeira premi.
Quod fuit antiquis nitidum decus Heroinis,
Spargitur hîc varijs illius vmbra modis.
Hinc alacri tātum ſub mente Philippus amorem
Concipit, ac Annam cur ſibi iungat, habet.
Quæ talem placidis Iuuenem perluſtrat ocellis,
Cuius in ingenio viuida flamma ſedet.
Suadaq́ transmittit Themidis Romana politum
Caſtris: ſub clypeo Palladis ille viget.
Euphroſyne tectis, ſchola ſit philyreaq́, clarum
Quantis accipiat dotibus Anna virum.

*Concordes animæ parilis ſit dextera dextræ*
*Mutua forma nitet, mutua corda calent.*
*Vix ita Palladijs vites iungentur oliuis,*
*Grataq; littoribus myrtus, & aluus aquis.*
*Gratulor ex animo VVernero, gratulor Annæ,*
*Spem mea de tanto fœdere Muſa capit:*
*Quin Deus his adſit cœptis, his annuat auſis:*
*Atq; ferat largam Copia diues opem.*
*Exere luciferum Sol nubibus exere vultum,*
*Æole nubiferum claude ſerene Notum.*
*Tota fluat iucunda dies: Hymeneia ſurgant*
*Gaudia, ſucceſſus mox habitura ſuos.*
*Clara patrem Soboles matremq; referre valebit*
*Dexteritate ſuum ſedulitate ſuam.*

Conſcripta à M. Ioh. Richter.

## MONILE OBLATVM
## Nouu. Sponſs.

*A*

*Gratijs beneficiorum Deabus.*

AGLA-

*Ponderis eſt magni, multiq; monile paratum*
*De gemmis nitidis, non quales decolor Indus*
*Legit aqua è viridi ſed quas Sapientia ſummi,*
*Æterniq; Patris Cœlorum è ſede miniſtrat,*
*Quæ Pietas, Pax, Caſtus amor, Patientia victrix*
*Multis nominibus claræ celebresq; vocantur.*
*Prima tamen Pietas ſit ſit media atq; ſuprema,*
*Sic fit verſicolor, multò formoſius atq;*
*Quando ſera ærata Pietatis clauditur, alma*
*Hac virtute viret ſpacioſi machina mundi,*
*Et hac florenti, floret Sapientia rectrix,*
*Hac floreſcenti, floreſcit vita bonorum,*
*Omnia tum verè florent, pietate nitente.*
*Hac gemma quare nobis antiquius eſſe*
*Nil debet, cum nos ad Regna beata Polorum*
*Euehat, apportans, quæ commoda diuite cornu,*
*Hoc ſponſis læta nunc offero mente monile,*
*Offero gratando iungens pia vota preceſq;.*

VOTVM.

A nnue Chriſte nouis ſponſis, vt pectore firmo,
N omine ſancte tuo munera bella gerant.
N am duce te Gnato Summi Genitoris Olympi,
A uſpicijs cedent proſpera cuncta bonis.
C umprimis autem ſanctæ pietatis amantes
V t ſint fac ſponſi Flaminis ore tui.
L ongè etenim Pietas cœlo gratiſsima virtus
V irtutes alias exuperare valet.
V uas ac veluti vitis fœcunda reportat:
E gregiæ gemmæ ſic pietatis erunt.
I n tua confiſis, his tu pietate, fideq́
N umina coniugibus Chriſte fauere velis.
I lli fac videant grandaui Neſtoris annos,
N ec non obtineant Regna beata Poli.

Chronodiſtichon cum adiuncto voto.

ConIVgIbVs præſto CarIs sIs Gnate sVpreMI
Te ſoLo; Vt ſVaVes aVſpICe CVnCta gerant.

*Enoch Pockel Lipſienſis.*

FINIS.

mo
r.
ympi,
es
rtus
s
velu.
os,
oto.
Vpre MI
CVn Cta
is.

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

aut̄ emissa voce magna ex
piravit. pr̄ vr̄. Et velum te
pli scissū ē in duo a summo usq̄
deorsū. Videns aut̄ centurio qui
ex adverso stabat quia sic clamans
expirasset ait. Vere hic homo
dei filius erat. Erant aut̄ et mu
lieres de longe aspicientes inter
quas erat maria magdalene
et maria iacobi minoris et
ioseph mater et salome.
Et cum esset in galilea [sequebantur]
eū. et ministrab[ant ei et alie mul]
te q̄ simul cū eo ascende
rant ierosolimā. ev. Et cum iam
sero esset factū. quia erat parasce
ve quod ē ante sabbatū. venit
ioseph ab arimathia nobil
decurio qui et ipse erat expectans
regnū dei. Et audacter intro
ivit ad pylatum et petiit